



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**M. Antonii Marsilii Colvmnae, Bononiensis, I. C.
Archiepiscopi Salernitani, De Ecclesiasticorum Reddituum
Origine, & Iure Tractatvs**

Colonna, Marcantonio

Venetijs, 1575

Gregorio XIII. Pont. Max. M. Antonius Marsilius Columna, Archiepiscopus
Salernitanus, S.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61495)



GREGORIO XIII.
PONT. MAX.

M. Antonius Marsilius Columna,
Archiepiscopus Salernitanus, S.



EMPER ego existimaui,
Sanctiss. Pontifex GREGORI, bene ac liberaliter
institutos homines nequaquam abuti otio debere; om-
nium verò minimè, qui se
totos Deo penitusq; addixerint, atque dica-
rint. Etenim ipsius ore monemur, nobis ante
celsissimum illud Tribunal per otium transa-
cta vita, quin et otiosorum verborum rationem
omninò esse reddendam. Itaque superioribus
mensibus, ne per desidiam, ac socordiam et a-

a 2 tem

tem in vinea Domini inutilem in modum con-
tererem, Libellum conscripsi de Ecclesiastico-
rum reddituum Origine & Jure, cuius Tra-
ctatum nonnihil hominibus nostris utilitatis
atque adiumenti allaturum censui. Quo fa-
ctum est, ut ad eum in lucem edendum ani-
mum adiecerim; hac etenim ratione, quic-
quid ex illo prouenturum esset boni, eo complu-
res participes fieri posse putavi. Ut verò mea
hæc editio commendatior in publicum prodiret,
Maiestati isti tuæ, augustissimoq; nomini, eam
dicare et consecrare constitui, cum fortuna mea
tenuitas non patiatur alio me aptiore officij ge-
nere ad beatissimos istos pedes tuos venerandos
procumbere. Quam editionem, Magnanime
GREGORI, si haud omnino reiiciendam esse
duxeris, eam ipsam diuinitatis tuæ auræ, &
afflatu impertiri, atque illi sanctissima benedi-
ctione tua, decoris aliquid largiri ut digneris
humillimè oro, atque obsecro. Deus Summus
& Optimus Sanctitatem tuam quàm diutissi-
mè incolumen tueatur.